## Psalmus responsorius

Ps 144, 8-9. 15-16. 17-18 (℟.: cf. 16)

℟. Aperis tu manum tuam, Dómine, et sátias nos.

8 Miserátor et miséricors Dóminus,
longánimis et multæ misericórdiæ.
9 Suávis Dóminus univérsis,
et miseratiónes eius super ómnia ópera eius. ℟.

15 Oculi ómnium in te sperant,
et tu das illis escam in témpore opportúno.
16 Aperis tu manum tuam
et imples omne ánimal in beneplácito. ℟.

17 Iustus Dóminus in ómnibus viis suis
et sanctus in ómnibus opéribus suis.
18 Prope est Dóminus ómnibus invocántibus eum,
ómnibus invocántibus eum in veritáte. ℟.